Antico, Andrea. Liber quindecim missarum electarum quae per excellentissimus musicos compositae fuerunt . . . Roma, Andrea Antico. 1516. RISM SD1516[1].

Title:

LIBER QVINDECIM
MISSARVM ELECTA
RVM QVAE PER EXCEL
LENTISSIMOS MVSICOS
COMPOSITAE FVERVNT
[orn.]
[Engraving of Pope Leo X receiving music from kneeling figure with text "Vivat Leo Decimo Pontifex Max." At bottom, the Medici escutcheon supported by two lions.]

Dedication:

Andreas Antiquus Leoni. X. Pont. Max. Sal. |

Mvltas res humanū genus excogitauit: quibus Deum īmortalē a quo bona oīa | ꝑ veniūt laudaret quātūque; ꝑ captu mortalitatis ſuę poſſet in eū gratū animū | patefaceret. Hinc uidemus tēpla toto orbe in eius honorem magnificētiſſime | extrucła: ſtatuas ex marmore & ęreatq; ebore erecłas. Picłuras nobiliſſimas | uaſa gēmas precioſiſſimas dicatas: hæcq; oīa ſummo artificio exculta arq; ex | polita. Quæ quamq magni momēti eſſe uiderentur ad promerendā Dei optimi in nos uolun-|tatem & pro bonis ab eo mortalibus conceſſis gratiam reddendam nō tamen abſolutam Dei | culturam ex ornamentis illis mutis & ſurdis exiſtimarūt. Hymnos itaq; & orationes & ſup-|plicationes ac laudationes compoſueruat quas ſingulis propemodum horis in ipſis templis | decantarent quæ eſſent noſtræ in Deum uoluntatis indicia teſtatiora & ſigna expreſſiora. | Sed has laudationes fuit olim tempus cum rudi quodam ſono & cantu incōdito profereban-|tur: quæ res quanq Deo: qui mentes tantum interius inſpicit ſatis uideretur homines tamē | qui nulla grati animi officia in Deum ornitere decreuerant cogitare cęperunt Muſicam rem | eſſe diuinam & a Deo mortalibus ipſis inter alia bona traditam & elargitam optimum itaq; | facłu exiſtimarunt: ſi quod bonum ab ipſo Deo acceperant in diuſdem ornamentum & decus | uerteretur. Feruntq; Gregorium primum & Leonem II Pontt. Maxx. Diuinis ornationibus | concentus Muſicos primum accommodauiſſe. Quam rationē in templis canendi ſecuta ętas | obſeruauit ſemperq; aliqua illuſtria ingenia effulſere: quæ qut traditā eam a maioribus qua-|ſi per manus cuſtodirent incorruptam aut aliquid addendo meliorem facerent: quale hoc | tuū ſeculū quod abſoluiſſe prorſus hāc rē mihi uiſum eſt. Tulit. II. plurimus in Muſica ex-|cellentes uiros: qui certatim pro ingenii uiribus ſe in hac arte magna cum laude ita exercu-|erunt ut excellent. Ex quorum laboribus Quindecim Miſſas collegi: quæ mihi grauiores & | meliores uidebātur eaſq inciſis in ligneas tabulas notis (quod nullus ante me fecit) Noua | imprimendi ratione ſociorum ſumptibus excudi & publicaui ampliori hoc & Regali uolu-|mine ac uere Pontificio: magno ſane & longo labore Nā propemodum totū trīēīū huic ne-|gotio impendi a principio: uidelice fauſtiſſimi Pontificatus tui: qui cum ueluti lumen il-|luſtriſſimum cum uniuerſis uirtutibus affulſerit tum uero multo maxie ipſi Muſicæ me | ipſum excitauit ut quod in me artis & ingenii erat; totum illud in gratim &

honorem tui | expromerem: eo animo ut ſi tibi hoc primum munus arrideret ac ad meam tenuitatem reſ-|piciendum benignitatē tuam alliceret ad alia opera quæ animo iam pridem uoluo me ac-|cingerem: Que ſpes nequaq opinor me fallet: Nam fouere Ingenia cum ſemper uniuerſas | familiæ uestræ tum ipſius tui proprium decus fuit. Quare & uolumen hoc ipſum: & clien-|tem tuum atq; mancipium ſub beatitudinis tuæ patrocinio ſuſcipe: & ſuſceprum foue: quæ | ualeat ea: quæ animus diu parturit aliquando parere & numini tuo conſecrare. Vale. |

Index:

TABVLA MISSARVM.

Joſquin.
Miſſa de Beata virgine. cxv.
Miſſa faiſant Regretz cv.
Miſſa ad Fugam. cxxx

Brumel.
Miſſa de beata virgine iii.
Miſſa pro defunctis. clvi.
Miſſa Alombre dung buyſſonet. cl.

Feuim *[sic]*
Miſſa de Aue Maria. xcv.
Miſſa Mente tota xlvii.
Miſſa de Feria lxxi.

Pierre de la Rue.
Miſſa de Aue maria. xx.
Miſſa O ſalutaris oſtia cliii.

Jo. Mouton
Miſſa Alma Redemptoris. xxxiiii.
Miſſa dittes moy touttes voz penſero. lxxxi.

Pippelare.
Miſſa Lhomme arme. lviii.

Petrus Roſſelli.
Miſſa Bayſes moy. cxii.

Contents:

Miſſa de Beata virgine
Miſſa faiſant Regretz
Miſſa ad Fugam
Miſſa de beata virgine
Miſſa pro defunctis
Requiem eternam
Kyrie | Chriſte | Kyrie
Dies ire [odd-numbered verses: vs. 1 has its own music; vs. 3, 9 to 2nd stanza of music; vs. 5, 15 to 3rd stanza; vs. 7, 13 to 4th stanza; vs. 9 "sopra Tuba mirum"; vs. 11, 17 to 5th stanza; Vs. 19 and 20 each have their own music.]
Sanctus
Agnus Dei
Luceat eis
Miſſa Alombre dung buyſſonet
Miſſa de Aue Maria
Miſſa Mente tota
Miſſa de Feria
Miſſa de Aue maria.
Miſſa O ſalutaris oſtia
Miſſa Alma Redemptoris
Miſſa dittes moy touttes voz penſero
Miſſa Lhomme arme.
Miſſa Bayſes moy

Papal Patent:

LEO PAPA X: | Dilecto Filio Andree Antiquo de Montona clerico Parentuī. dioc. in Urbe Cōmorāti. |

Dilecte fili ſalutē & apoſtolicā bene. Decorem domus dei quā decet ſanctitudo diuini cultus augumētum | intenſis deſideriis affectantes Votis illis gratū preſtamus aſſenſum per que Chriſti fidelium devotio auge|ri ac eccleſie et loca eccleſiaſtica: ad laudē illius qui in altis habitat diuinis preconiis ualeant iugiter reſonate. Cū | itaq; ſicut fide dignorum relatione didicimus tu in arte imprimendi libros Cantus figurati non parum expertus | exiſtas & artem ſeu libros huiuſmodi in magno uolumine imprimendi inueneris ac in alma Vrbe noſtra ſimi-|les libros in magno uolumine pro quibus ſummā quingentorum ducatorū auri de Camera uel circa expoſuiſti: | & longe maiores expenſas te ſubire oporteat imprimi facere deſideres, ſi tibi ſuper hoc de aliquo oportuno reme|dio prouideat'. Nos igit'te in humōi laudabili propoſito cōſouere tibiq; ſuper hoc oportune prouidere uolentes. tibi uſq; ad decēniū quoſcūq; libros Cātus figurati in dicto magno uolumine: ac regalibus Chartis ī dicta Vrbe | & extra eā & in quibuſcūq; aliis locis Ro. Eccleſie mediate uel immediate ſubiectes per te uel alium ſeu alios im|primendi & imprimi faciendi ac illos in Vrbe ac predictis & quibuſuis aliis locis publice uendendi auctorita|te apoſtolica tenore preſentiū licentiā cōcedimus & facultatem: & nihilominus Vniuerſis & ſinguis Archiepis | Epis

Abbatibus & dileĉto filio Oĉtauiano de foroſempronii & quibuſuis aliis librorum impreſſori-|bus & perſonis tā eccleſiaſticis q̶ ſecularibus etiā cuiuſcūq; dignitatis ſtatus gradus ordinis & cōditionis exiſtē|tibus ſub excōis late ſentētie & ducentorū ducatorum ſimiliū Camere apoſtolice coipſo poſtq̶; preſentibus cōtra | uenerint abſq; alia declaratione applicādorū & librorum quos impreſſerint amiſſionis pęnis ne diĉto durāte de|cennio ſimiles libros in diĉto uolumine regalis ſolii dūraxat in Vrbe & locis prediĉtis abſq; tua expreſſa licētia | imprimēdi ſeu imprimi facere aut ad hoc auxiliū cōſiliū uel fauorē preſtare quoquemodo preſumāt diſtriĉtius | inhibemus. Quocirca Venerabili fratri hieronymo epo Aſculan. & dileĉto filio Amadeo eleĉto Auguſten. & pro | tēpore exiſtētibus Camere apoſtolice Auditori & diĉte Vrbis Gubernatori ac corū locatenen. & eorum cuilibet | cōmittimus & mandamus quātus tibi in premiſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſten. faciant te conceſſione | hmōi pacifice frui & gaudere nō permitten.te per diĉtum oĉtauianū & quoſcunq; alios impreſſores & perſonas | quacūq; auĉtoritate fungen. in perſona ſeu bonis deſuper quomōlibet moleſtari in quietari uel perturbari Cōtra | diĉtores quoſlibet & rebelles per cenſuras eccleſiaſtica & alia oportuna iuris remedia appellatiōe poſtpoſita cō-|peſcēdo ac humōi excōis & alias penas tortiēs quotiēs opus fuerit incurriſſe declarando inuocato ad hoc ſi opus fue|rit auxilio brachii ſecularis. Nō obſtan. premiſſis ac cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis necnō quibuſ|uis aliis priuilegiis indultis & litteris apoſtolicis ēt in forma breuis per nos & ſedē apoſtolicam ēt ad quorūuis | aliorū impreſſorum & perſonarum inſtan. ac ēt motu proprio & ex certa ſciētia ēt conceſſis cōſirmatis & innoua|tis ac in poſterū forſan cōcedendis & innouandis quibus omnibus ēt ſi pro eorū ſufficienti derogatione de illis | eorūq; totis tenoribus ſpālis ſpecifica & expreſſa mentio habēda foret corū tenores preſentibus pro expreſſis ha-|bentes illis alias in ſuo robore permāſuris hac uice dūtaxat ſpāliter & expſſe derogamus. Ceteriſq; cōtrariis qui-|buſcūq;. Per hoc autē quibuſdā aliis in ſimili forma breuis litteris eidem oĉtauiano ſubdat. uidelicet. xxii. oĉto|bris Pōtifi. noſtri Anno Primo ſuper īpreſſione librorū nōnulloū Cantus figurati cōceſſis dūmodo tecum ſuꝑ | impreſſione librorū per te (ut preſert) in diĉto uolumine ſolii regalis dūraxat imprimendorū diĉto durante de-|cennio nō concurrat nec tibi ſuper hoc propterea aliquod preiudiciū afferat non intendimus in aliquo deroga|re: Volumus aūtq; poſtq preſentes littere per te impreſſe fuerint illarū impreſſioni abſq; alia ſubſcriptiōe aut de|creti Iudicis appoſitione in iudicio & extra illud plena & indubitata fides adhibeatur: picut adhiberet’ eiſdem | preſentibus originalibus litteris ſi forent exhibite uel oſtenſe: Dat. Florentie ſub Anulo Piſcatoris Dic. xxyii. | Ianuarii. M.D.XVI. Pontificatus Noſtri Anno Tertio. | Ia. Sadoletus. |

Colophon:

Miſſe Quindecim a diuerſis optimis et exquiſitiſſimis
Auctoribus edite ꝑ Andream Antiquū de Mō-
tona Sociorū ſumptibus emendatiſſime
atqz accuratiſſime Rome Impreſſe
Anno dñi. M. D. xvi. Die nona
Maij. Pōtificat’ ſanctiſſimi
Diu noſtri domini Leo-
nis decimi Anno
Quarto.

Structure:

Single volume: A-Z^3, AA-DD^3 184ff. Dedication. Papal Patent. Index. Colophon.

Remarks:

Choirbook folio format. Index in Gothic script. Colophon in Gothic script, at bottom of Papal Patent. Copies consulted: **GB**-Lbl; **I-**Bc (microfilm). RISM SD1516^1.